



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem
Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens Quæstiones à XXVII. vsque ad LXIV. & à Quæstione CVI.
vsque ad CXIV.

Vázquez, Gabriel

Antverpiæ, 1620

Disp. CXXIII. Quomodo mysterium Trinitatis non aduersetur illi principio,
Quæ sunt eadem vni tertio, sunt eadem inter se.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81000](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81000)

in sui ratione includit distinctionem. Vnde oportet, quod in Deo sit realis distinctio, non quidem secundum rem absolutam, quæ est essentia, in qua est summa unitas, & simplicitas, sed secundum rem relatiuam.

Ad primum ergo dicendum, quod secundum Philosophum in 3. Physic. argumentum illud tenet, quod quæcumque vni, & eidem sunt eadem, sibi inuicem sunt eadem, in his, quæ sunt idem re, & ratione, sicut tunica, & indumentum: non autem in his quæ differunt ratione. Vnde ibidem dicit, quod licet actio sit idem motui, similiter, & passio, non tamen sequitur, quod actio, & passio sint idem: quia in actione importatur respectus, ut à quo est motus in mobili: in passione vero, ut qui est ab alio. Et similiter licet paternitas sit idem secundum rem cum essentia diuina, & similiter filiatio, tamen hæc duo in suis proprijs rationibus important oppositos respectus. Vnde distinguuntur ab inuicem.

Ad secundum dicendum, quod potentia, & bonitas non important in suis rationibus aliquam oppositionem. Vnde non est similis ratio.

Ad tertium dicendum, quod quamuis relationes, propriè loquendo non oriuntur, vel procedant ab inuicem, tamen accipiuntur per oppositum secundum processionem alicuius ab alio.

Explicatio, & confirmatio doctrine art.

Conclusio articuli est. In Deo est realis distinctio, non secundum rem absolutam, quæ simplicissima est, sed secundum relationem. Est autem de fide 3. in c. firmis, de summa Trinitate, & fide Catholica nam dicitur, Hæc sancta Trinitas secundum communem essentiam indiuidua, secundum proprietates personales discretæ, sunt autem in omnium sententia proprietates personales relationes. Et in Concilio Toletano in confessione fidei dicitur, Hæc ergo S. Trinitas, quæ vnus etiam verus est Deus, nec recedit à numero, nec capit numero, in relatione enim personarum numerus cernitur, in diuinitatis vero substantia, quid enunciatum sit, non comprehenditur, ergo hoc solo numerum insinuant, quod ad inuicem sunt, & in hoc numero carent, quod in se sunt. Idem Boeth. libro de Trinitate circa finem, substantia (ait) continet unitatem, sed relatio multiplicat Trinitatem. Hinc etiam commune illud axioma Theologorum desumptum ex Anselmo, ut infra disput. 147. cap. 4. referemus ortum habuit, in diuinitas omnia sunt vnum, ubi non obuiat relationis oppositio.

Sed obseruandum est cum Caietano in hoc articulo, S. Thomam indefinitè quæsiisse, verum relationes in Deo realiter distinguantur, & in fine respondisse, realiter distinguuntur; hoc est, aliquas illarum realiter distinguuntur: Nam spiratio actiua à paternitate, & filiatio non distinguuntur realiter, atque S. Thomas, solum insinuat distinctionem realem inter relationes oppositas, omnes autem

non opponuntur inuicem.

Cæterum, ut probet suam conclusionem, assumit in ratione hanc propositionem: Quoties aliquid attribuitur alicui, attribuitur omnia, quæ sunt de ratione illius. Obijcit autem Caietan. in hunc modum. Deo attribuitur sapientia, de cuius ratione est esse formam accidentariam, & tamen Deo non attribuitur sub hac ratione; ergo similiter quamuis Deo attribuitur relatio, non est necesse ut tribuatur id, quod est de ratione illius, nempe oppositio relatiua. Respondet de ratione sapientie non esse, quod sit forma accidentaria, sicut est de ratione relationis oppositio. Quæ solutio si rectè intelligatur optima est; nam si consideretur sapientia secundum totam suam communitatem & analogiam, ut complectitur creatum, & increatum, de ratione illius non est, esse formam; quare, si Deo attribuitur, non sequitur, tribuendam esse sub ea ratione, quæ est forma accidentaria, sed altiori ratione. At de ratione relationis, quantumvis vniuersè consideretur, est oppositio relatiua, hoc est, ipsam necessario semper consequitur oppositio: si ergo Deo tribuitur relatio, necessario etiam oppositio relatiua debet conuenire.

Obijcit diinde: Vni albedini conuenit relatio similitudinis ad aliam, & tamen ipsi intra se non conuenit oppositio relatiua, sed vni conuenit respectu alterius extra se ipsam, ergo satis est, si dicamus Deo conuenire oppositionem relatiuam, sed respectu alterius extra ipsam; Respondet bene Caietan. omni relationi, quæ habet rationem in alio extremo, semper conuenire oppositionem relatiuam respectu alterius: Deo autem, quia conuenit relatio inter seipsum, quia inter se aliam personam producit, conuenit oppositio relatiua intra se ipsam, & ideo relationes aliquæ ipsi intrinsecè inuicem opponuntur, & distinguuntur realiter. Et hæc circa textum articuli.

DISPUTATIO CXXII.

Quomodo mysterium Trinitatis non aduerfetur illi principio, quæ sunt eadem vni tercio sunt eadem inter se.

Principium hoc non esse contra mysterium Trinitatis, variè defendunt Scholastici, cap. 1.

Vera expositio prædictæ propositionis non opponitur mysterio Trinitatis, cap. 2.

Formam syllogisticam, ut à Logico assignatur, non minus in diuinis, quam in humanis legitimam esse, cap. 3.

CAPVT I.

Principium hoc non esse contra mysterium Trinitatis variè defendunt Scholasti.

Cum fidei nostræ mysteria ita sint super caput naturalis intelligentiæ, ut tamen rationi naturali non aduerfentur; fatentur omnes Scholastici principium illud commune, & satiscritum, Quæ sunt eadem vni tercio, sunt eadem inter se, mysterio Trinitatis non opponi. Cum tamen videamus, tres esse personas realiter distinctas, quas non distinguimus ab essentia ex natura rei, probauimus disput. 120. atque adeo in hoc mysterio Trinitatis relationes, & personæ sunt idem cum essentia, quæ tamen non sunt idem inter se, varijs modis Scholastici conantur ostendere, rationi naturali, & veræ Philosophiæ principijs mysterium hoc non aduerfari.

Et

Obiectio
Caiet. contra
conclusionem
rationis

34.

Secunda
Caietan.
obiectio.

Vera eiusdem
solutio.

1.
In quo conueniunt
omnes.

*Vera expositio predictæ propositionis non opponitur
mysterio Trinitatis.*

Vt explicemus verum sensum prædictæ propositionis, & ostendamus, mysterio Trinitatis non aduerfari, duo præmittenda sunt. Primum, hanc propositionem, *Quæ sunt eadem vni tertium eadem inter se*, non esse principium syllogismi, nec inquam ab Aristotele fuisse, positum per fundamentum, sed primo priorum cap. i. ex alio principio formam syllogisticam, & illius deduxisse, quod appellauit, *Dici de omni, & dici de nullo*, hoc est, quidquid dicitur de omni subiecto, dicitur de quouis sub eo contento, & quidquid negatur de omni subiecto, negatur de quouis contento sub illo; quæ propositiones adeo veræ sunt, & certæ, vt in quauis materia etiam in diuinis, nequeant esse falsæ. Quo fit, vt forma syllogistica, quæ in conclusionem infert maiorem extremitatem de vniuerso, quia minor dicitur de medio, de quo etiam prædicatur maior certissima sit, & adeo efficax; vt in nulla materia deficere possit. Ad hanc formam, quæ est vniuersalis, & primæ figuræ, reducantur omnes formæ vniuersales aliarum figurarum, reducit etiam forma syllogismi expolitioris, cuius medium singulare est; nam si de Petro verbi causa, prædicatur animal, & Petrus de homine aliquo, ergo & animal de homine. Sic fit syllogismus expolitioris in prima figura, in qua medium est subiectum in maiori & prædicatum in minori. Cum vero fit syllogismus in alia figura, eadem est omnino ratio, quia ad hanc debet reduci.

Porro fundamentum syllogismorum non esse illam propositionem, *Quæ sunt eadem vni tertio, sunt eadem inter se*, facile probatur; quoniam vel intelligitur de identitate reali, & sic locum non habet in diuinis, atqui forma syllogistica vbique vim habet, vt sequenti dicemus; ergo non potest sic usurpari fundamentum illud. Aut intelligitur de identitate re, & ratione, vt quæ sunt eadem vni tertio, & ratione, finem eadẽ inter se re, & ratione, & sic forma syllogistica solum fieri posse in synonymis, quæ re, & ratione sunt idem cum aliquo tertio. Quare hic syllogismus non esset bonus, rationale est rifibile, homo est rationalis, ergo homo est rifibilis; quia duæ extremitates non sunt re, & ratione idem cum homine, sed ratione differens; quinimod rifibile plusquam ratione differt ab homine, fi rifibilis re ipsa differt ab homine, vt facultas & potentia illius. Multæ quoque conclusiones inferri possunt legitima forma syllogistica, in quibus prædicatum à subiecto, de illo tamẽ re prædicatum in concreto.

Nihilominus hæc

Nihilominus hoc principium est verissimum, et
aque esse potest fundamentum syllogismorum in
hoc sensu: Quæ sunt eadem vni tertio prædica-
tione, sunt eadem inter se, etiam prædicatione,
hoc est, quæ dicuntur de aliquo tertio, inuicem de
seipso prædicantur, vnde videmus in syllogismo ex-
positio, sed principium illud, hoc modum intel-
lectum reduci, aut potius idem est cum illo
Dicit de omni, sed de nullo, vnde supra à nobis expo-
situm est, & in hoc sensu propositio non intelligi-
tur de identitate cum aliquo tertio secundum rem,
aut secundum rationem, aut utroque modo, quia
accidit, vnum de alio prædicari, quod ab eo distin-
guatur, in 1. partem Tom. II.

Vazquez in I. partem Tom. II.

guitur re, aut saltem ratione, verificabile de homi-
ne, quod ab eo realiter differt, & animal etiam de
homine, quod saltem ab eo ratione distinguitur.
Ex hoc autem principio nullum absurdum sequi
in mysterio Trinitatis constabit e. sequenti; nam
ibi locum habet forma syllogistica, seu utrius omni-
bus regulis, quæ assignantur à Logicis, & nihil
absq. de inferri potest. Solum difficultatem facit
contra hoc mysterium principium illud intelle-
ctum de identitate reali relationum cum essentia:
quomodo scilicet etiam inter se non sint idem se-
cundum rem.

Deinde notandum est, esse quoddam principium mathematicis familiare, nempe; *Quæ sunt æqualia uni tertio, sunt æqualia inter se*, quod vniuersum verissimum est, sed solum in rebus quantis locum habet; ac proinde ex illo nihil contra mysterium Trinitatis potest fieri.

Respondet igitur difficultati propositionis
propositionem illam, *Quæ sunt eadem vni tertio*, secundum
rem, *sunt eadem inter se secundum rem*, non esse in
vniuersum veram, non quia in creatis rebus ali-
quando fit falsa, eò, quod possit contrarium acci-
dere; sed, quia non repugnat in vniuersum aliqua
esse idem re cum vno tertio, & differre realiter in-
ter se, sicut in mysterio Trinitatis fides docet, di-
cimus itaque quamvis repugnet in rebus finitis,
& creatis aliqua dno esse idem cum tertio secun-
dum rem, & inter se realiter differre; id tamen non
repugnat in ente infinito scilicet Deo, vt simul sit
vna essentia, & relationes ab ea non distinguantur
ex natura rei, sed summa simplicitate cum essen-
tia coniungantur; nihilominus inter se fit mutuo
realiter differant. Hoc autem peculiare est in Deo,
quod neque Aristoteles, nec vllus alius Philoso-
phus luce naturali solum instructus cognoscere
potuit: ideoque inter locos argumentorum hunc
enumerauit Aristot. 7. Topicorum, cap. primo lo-
co 4. vt supra retulimus, quem intelligere potuit,
Primum de identitate secundum rem: secundum de
identitate secundum rationem: Tertium secundum
predicationem: & primum modo solum in rebus
creatis locum habet; secundum autem, & tertium
in omnibus etiam in Deo, vt perspicuum est. Ex qui-
bus liquet, nihil ex illo principio deduci posse con-
tra distinctionem realem relationis inter se, cum
cum summa illa identitate, quam habent cum es-
sentia. Alij alio modo intelligent prædictam pro-
positionem, nempe, vt ea dicantur esse idem inter
se realiter, quæ sunt eadem vni tertio realiter, &
adequate, non tamen inadæquate, hoc tamen in
deum ree dicitur, quia solum in diuinis reperitur hoc,
aliqua sunt idem re vni tertio inadæquate, & id-
em inter se non sunt idem.

Posterior
notatio pro
difficulta-
tis explica-
tione.

Hora diffi-
cultatis ex-
plicatio.

C A P V T III.

Formam syllogisticam, ut à Logicis assignatur, non minus in divinis, quam in humanis legitimam esse.

Contra idem mysterium Trinitatis videtur etiam pugnare forma syllogistica hoc modo: *Propositio: Hec essentia diuina est Pater, hac essentia diuina est Filius, ergo Filius est Pater.* *Propositio: Hec essentia diuina est Pater, hac essentia diuina est Filius, ergo Filius est Pater.* *Propositio: Hec essentia diuina est Pater, hac essentia diuina est Filius, ergo Filius est Pater.*

Huic tamen syllogismo, sicut etiam prædicto
 principio, varîe Theologi respondent. Primò qui-
 dem S. Thom. q. 2. de potentia negat maiorem, &
 minorem propositionem, si essentia distincta sit.

Propositus
difficultas
ex forma
syllogistica
in divinis.

20.
Responsio
S. Thom.

H

tur

quavis materia locum tenet, limitant ad humanam. Nam si in humanis legitima est, & eadem in diuinis seruatur, non potest non esse legitima; quod si eadem non seruatur in diuinis, nihil absurdum contra regulas logicæ inde sequitur: & hæc dicta sufficiant circa doctrinam art. 3. in quo aliqua etiam disputata sunt, quæ pertinebant ad quæst. 39. art. 4. ne eadem principia sæpius repetere cogeremur.

ARTICVLVS IV.

Utrum in Deo sint tantum quatuor relationes reales, scilicet paternitas, filiatio, spiratio, & processio.

Ad quartum sic proceditur. Videtur, quod in Deo non sint tantum quatuor relationes reales, scilicet paternitas, filiatio, spiratio, & processio. Est enim considerare in Deo relationes intelligentis ad intellectum, & volentis ad volitum: quæ videntur esse relationes reales, neque sub prædictis continentur. Non ergo sunt solum quatuor relationes in Deo.

2. Præterea. Relationes reales accipiuntur in Deo secundum processionem intelligibilem verbi. Sed relationes intelligibiles multiplicantur in infinitum, vt Aug. dicit. Ergo in Deo sunt infinitæ relationes reales.

3. Præterea. Idæ sunt in Deo ab æterno, vt supra dictum est, non autem distinguuntur ab inuicem nisi secundum respectum ad res, vt supra dictum est: ergo in Deo sunt multo plures relationes æternæ.

4. Præterea. Aequalitas, & similitudo, & identitas sunt relationes quædam, & sunt in Deo ab æterno. Ergo plures relationes sunt ab æterno in Deo, quam quæ dictæ sunt.

Sed contra videtur, quod sint pauciores: quia secundum Philof. in 3. Physic. eadem via est de Athenis ad Thebas, & de Thebis ad Athenas. Ergo videtur, quod per rationem eadem sit relatio de patre ad filium, quæ dicitur paternitas: & de filio ad patrem, quæ dicitur filiatio. Et sic non sunt quatuor relationes in Deo.

Respondeo dicendum, quod secundum Philof. in 5. Metaph. relatio omnis fundatur, vel supra quantitatem, vt duplum, & dimidium: vel supra actionem, & passionem, vt faciens & factum, pater, & filius, dominus & seruus, & huiusmodi. Cum autem quantitas non sit in Deo, est enim sine quantitate magnus, vt dicit August. Relinquitur ergo, quod realis relatio in Deo esse non possit nisi super actionem fundata: Non autem super actionem, secundum quas procedit aliquid extrinsecum à Deo: quia relationes Dei ad creaturas non sunt realiter in ipso, vt supra dictum est. Vnde relinquitur, quod relationes reales in Deo non possunt accipi nisi secundum actiones, secundum quas est processio in Deo non extra, sed intra. Huiusmodi autem processionem sunt duæ tantum, vt supra dictum est. Quarum vna accipitur secundum actionem intellectus, quæ est processio verbi: alia secundum actionem voluntatis, quæ est processio amoris. Secundum quamlibet autem processionem oportet duas accipere relationes oppositas, quarum vna sit procedentis à principio, & alia ipsius principij. Processio autem verbi dicitur generatio secundum propriam rationem, qua competit rebus viuientibus. Relatio autem principij generationis in viuientibus perfectis dicitur paternitas. Relatio vero procedentis à principio dicitur filiatio. Processio vero amoris non habet nomen proprium, vt supra dictum est. Vnde neque relationes, quæ secundum ipsam accipiuntur. Sed vocatur relatio principij huius processionis, spiratio: relatio autem procedentis, processio: quamuis hæc duo nomina ad ipsas processionem, vel origines pertineant, & non ad relationes.

Ad primum ergo dicendum, quod in his in quibus differunt intellectus, & intellectum, volens, & volitum, potest esse realis relatio, & scientia ad rem scitam, & volentis ad rem volitam. Sed in Deo est idem omnino intellectus, & intellectum: quia intelligendo se intelligit omnia alia, & eadem ratione voluntas, & volitum. Vnde in Deo huiusmodi relationes non sunt reales, sicut neque relatio eiusdem ad idem. Sed tamen relatio ad verbum est realis: quia verbum intelligitur, vt procedens per actionem intelligibilem, non autem, vt res intellecta. Cum enim intelligimus lapidem, id quod ex re intellecta concipit intellectus, vocatur verbum.

Ad secundum dicendum, quod in nobis relationes intelligibiles in infinitum multiplicantur, quia alio actu intelligit homo lapidem, & alio actu intelligit se intelligere lapidem, & alio etiam intelligit hoc intelligere, & sic in infinitum multiplicantur actus intelligendi, & per consequens relationes intellectæ. Sed hoc in Deo non habet locum, quia vno actu tantum omnia intelligit.

Ad tertium dicendum, quod respectus ideales sunt intellecti à Deo. Vnde ex eorum pluralitate non sequitur, quod sunt plures relationes in Deo, sed, quod Deus cognoscat plures relationes.

H 2

Ad

Ad quartum dicendum, quod æqualitas, & similitudo in Deo non sunt relationes reales, sed rationis tantum: ut infra patebit.

Ad quintum dicendum, quod via est eadem ab vno termino ad alterum, & è conuerso, sed tamen respectus sunt diuersi. Vnde ex hoc non potest concludi, quod eadem sit relatio Patris ad filium, & è conuerso. Sed posset hoc concludi de aliquo absoluto, si esset medium inter ea.

Dubitatio circa textum articuli.

*Conclusio
8. Tho. cer-
ta est.*

CONCLUSIO est. In Deo sunt tantum quatuor relationes reales, paternitas, filiatio, spiratio actiua, & processio, due vero posteriores significantur nomine originis propter inopiam vocabulorum, quantum ratione nostra ab originibus distinguuntur, ut disputatione 159. distu-ri sumus. Conclusio vero est certa apud omnes, & colligitur manifeste ex præcedentibus. Si enim in Deo sunt tantum due processiones, altera per intellectum, altera per voluntatem, & secundum origines sumuntur relationes, non poterunt esse plures, quam quatuor. Sed pro explicatione conclusionis obserua non ideo dici quatuor relationes reales, quia inuicem distinguuntur realiter, constat enim spirationem actiuam non distinguui realiter à paternitate, & filiatione, ut ex doctrina disputationis 120. colligitur, sed dicuntur reales eo solum, quod ad terminum realem suapte natura referuntur, non per intellectum, vnde non licet inferre, sunt quatuor relationes reales in Deo, ergo quatuor distinctionem mutua vnius ab alia, cum vero dicimus quatuor relationes reales, id non significamus, sed respectum ad terminum realem suapte natura, non per intellectum. Ex quo constat, quomodo non recte inferitur ex multiplicatione inferioris multiplicatio superioris, quando variatur appellatio (ut loquuntur Logici) sicuti notauimus dis. 122 c. 6. in fin.

*Dubitatio
ex Caiet.*

Sed dubitat Caietanus circa rationem S. Thomæ cur non enumerauit omne genus relationis, ut colligeret, quodnam genus relationis esset in Deo, solum enim meminit in primo genere identitatis, quæ fundatur in vnitatem quantitatis secundum rem, cum tamen sit etiam relatio similitudinis in quantitate secundum modum.

*15.
Respondet
idem Caietanus.*

Respondet Caiet. S. Thom. perfunctorie enumerasse genera relationum, nec meminisse relationis, quæ fundatur in quantitate secundum modum: quia facturus erat mentionem illius in solutione quarti, & ex professo infra quæst. 42. art. 4. vbi nos etiam ex professo disputabimus, vtrum in Deo sit realis, an tantum sit rationis. Vbi etiam dicemus, quare relatio distinctionis, & identitatis non sint in Deo reales. Ceterum notandum est. Doctorem sanctorum non meminisse relationum tertij generis, ut probaret, quamnam relationes reales essent in Deo: quia relationes huius generis tantum sunt per extrinsecam denominationem & sunt rationis, de his enim inquit Aristot. 5. metaphysic. c. 15. *Mensurabile, & intelligibile, eo quod aliud ad illud dicitur*, quibus verbis significauit ea, quæ sunt tertij generis, referri ad aliud & solo nomine, ex eo quod alia secundum rem ad ipsa referuntur.

Arist.

Dubitabit tamen aliquis, an in Deo sit relatio realis, intelligentis ad rem intellectam, siquidem Aristoteli dixit Actiores, intelligibile id est nomine referri ad intellectum, quia intellectus suapte natura ad ipsum refertur. Respondeo, hanc relationem non esse realem in Deo, primum quidem non ad essentiam suam, ut intellectam, quia ab illa non distinguitur intellectus; nec ad creaturam intellectam, quia ad nullam creaturam Deus refertur aliquo modo realiter, ut disputatione 104. cap. 6. probauimus: solum est relatio realis Patris ad Filium, & verbum suum, non tanquam ad productum, & simul intellectum per intellectum, & hæc est paternitas, vna relatio de quatuor enumeratis.

QVÆSTIO XXIX.

De Personis.

PRæmissis autem his, quæ de processionibus & relationibus præcognoscenda videbantur, necessarium est aggredi de personis.

Et primo secundum considerationem absolutam, & deinde secundum comparatiuam considerationem. Oportet autem absolute de personis primo quidem in communi considerare, deinde singulis personis.

Ad communem autem considerationem personarum quatuor pertinere videntur. Primo, quidem significatio huius nominis persona. Secundo vero numerus personarum. Tertiò, ea quæ consequuntur numerum personarum, vel ei opponuntur, & diuersitas, & similitudo, & huiusmodi. Quarto vero, ea quæ pertinent ad notitiam personarum.

Circa primum quæruntur quatuor.

ARTICVLVS I.

Vtrum sit conueniens definitio personæ, scilicet, Persona est rationalis natura indiuidua substantia.

AD primum sic proceditur. Videtur, quod incompetent sit definitio personæ, quam Boethius assignat in libro de duobus naturis quæ talis est, persona est rationalis natura indiuidua substantia. Nullum enim singulare definitur. Sed persona significat quoddam singulare. Ergo persona inconuenienter definitur.

2. Præterea. Substantia (propter potentiam in definitione personæ) aut sumitur pro substantia prima, aut pro substantia secunda: si pro substantia prima, superflue additur indiuidua, quia substantia prima est substantia indiuidua. Si vero stat pro substantia secunda, falso additur, & est propositio in adiecto. Nam secundæ substantiæ dicuntur genera, vel species. Ergo definitio est male assignata.

3. Præterea. Nomen intentionis non debet poni in definitione rei. Non enim esset bona assignatio si quis diceret, homo est species animalis. Homo enim est nomen rei, & species est nomen intentionis. Cum igitur persona sit nomen rei: significat enim substantiam quandam rationalis naturæ. Ergo inconuenienter indiuiduum (quod est nomen intentionis) in eius definitione ponitur.

4. Præterea. Natura est principium motus, & quietis in eo, quod est per se, & non per accidens, ut dicitur in 2. Physic. Sed persona est in rebus immobilibus, sicut in Deo, & in Angelis. Non ergo in definitione personæ debuit poni natura, sed magis essentia.

5. Præterea. Anima separata est rationalis naturæ indiuidua substantia: non autem est persona. Inconuenienter ergo persona sic definitur.

Respondeo dicendum, quod licet vniuersale, & particulare inueniantur in omnibus generibus, tamen speciei quodam modo indiuiduum inuenitur in genere substantiæ. Substantiæ enim indiuiduantur per se ipsa, sed accidentia indiuiduantur per subiectum, quod est substantia. Dicitur enim hæc albedo in quantum est in hoc subiecto. Vnde etiam conuenienter indiuidua substantiæ habent aliquod speciale nomen præ alijs. Dicuntur enim hypostases, vel primæ substantiæ. Sed adhuc quodam specialiori, & perfectiori modo inuenitur particulare, & indiuiduum in substantijs rationalibus, quæ habent dominium sui actus, & solum aguntur sicut alia, sed per se agunt, actiones autem in singularibus suis. Et ideo etiam inter ceteras substantias etiam quoddam speciale nomen habent singularia rationalis naturæ: & hoc nomen est persona. Et ideo in prædicta definitione personæ ponitur substantia indiuidua, in quantum significat singulare in genere substantiæ: additur autem rationalis naturæ in quantum significat singulare in rationalibus substantijs.

Ad primum ergo dicendum, quod licet hoc singulare, vel illud definiri non possit: tamen id, quod pertinet ad communem rationem singularitatis, definiri potest. Et sic Philosophus definit substantiam primam, & hoc modo definit Boethius personam.

Ad secundum dicendum, quod secundum quoddam substantia in definitione personæ ponitur pro substantia prima, quæ est hypostasis, neque tamen superflue additur indiuidua, quia nomine hypostasis,

Vazquez in d. partem To. II.

vel substantiæ primæ excluditur ratio vniuersalis, & partis. Non enim dicimus, quod homo communis sit hypostasis: neque etiam manus cum sit pars. Sed per hoc quod additur indiuiduum, excluditur a persona ratio assumptibilis. Humana enim natura in Christo non est persona, quia est assumpta à digniori, scilicet à Verbo Dei. Sed melius dicendum est, quod substantia accipitur communiter prout diuiditur per primam, & secundam. Et per hoc, quod additur indiuidua, trahitur ad standum pro substantia prima.

Ad tertium dicendum, quod quia substantiales differentie non sunt notæ, vel etiam nominatæ non sunt: oportet interdum ut differentijs accidentalibus loco substantialium: puta si quis diceret, ignis est corpus simplex calidum, & siccum. Accidentia enim propria sunt effectus formarum substantialium & manifestant eas. Et similiter nomina intentionum possunt accipi ad definiendum res secundum, quod accipiuntur pro aliquibus nominibus rerum quæ non sunt posita. Et si hoc nomen indiuiduum ponitur in definitione personæ ad designandum modum subsistendi, qui competit substantijs particularibus.

Ad quartum dicendum, quod secundum Philosophum in 5. Metaphysicæ, nomen naturæ primo impositum est ad significandum generationem viuentium, quæ dicitur natiuitas. Et quia huiusmodi generatio est à principio intrinseco, extensum est hoc nomen ad significandum principium intrinsecum cuiuscumque motus. Et sic definitur natura in 2. Physicorum. Et quia huiusmodi principium est formale, vel materiale, communiter tam materia, quam forma dicitur natura. Et quia per formam completur essentia vniuscuiusque rei, communiter essentia vniuscuiusque rei, quam significat eius definitio, vocatur natura. Et sic accipitur hic natura. Vnde Boethius in eodem libro dicit, quod natura est, vnum quodque informans specifica differentia. Specifica enim differentia est, quæ complet definitionem, & sumitur à propria forma rei. Et ideo conuenientius fuit, quod in definitione personæ, quæ est singulare alicuius generis determinati, vteretur nomine naturæ, quam essentia, quæ sumitur ab esse, quod est commune.

Ad quintum dicendum, quod anima est pars humanæ speciei. Et ideo licet sit separata, quia tamen retinet naturam v-

nibilitatis, nō potest dici substantia indiuidua, quæ est hypostasis, vel substantia prima, sicut nec manus, nec quæcumque alia partium hominis. Et sic non competit ei, neque definitio personæ, neque nomen.

Explicatio articuli, & definitionis personæ.

Definitio
personæ
quam as-
serit S. Tho.
ex Boethio
explicatur.

SANCTUS THOMAS in hoc articulo probat definitionem Boethij in libro de duabus naturis, pagina 3. *Persona est indiuidua substantia rationalis naturæ*, nomine substantiæ intelligit Boethius, quod alij nomine substantiæ: indiuiduam vero appellat, quam alij incommunicabilem vocant, ac proinde, eo nomine intelligit indiuiduum completum, quod neque est pars, nec alteri, ut supposito communicari potest; id vero vna voce, *ὁ ὅσος*, *Hypostasis*, significant Græci, de qua articulo sequenti erit nobis disputandum. Additur in definitione, *Rationalis naturæ*, quia indiuidua substantia irrationalis dicitur solum hypostasis, aut suppositum, non persona. Et quia hic nobis differendum non est de persona humana per quid videlicet reddatur incommunicabilis de hoc enim disputabimus 3. parte, quæstione 4. artic. 2. idcirco sufficiat nunc, vniuersæ adnotare, quæ sit persona, obiter tamen obseruandum est, Græcos Patres distinguere personam à natura, sicut singulare à communi, non alia ratione, nisi quia persona indiuiduum, quod amplius iam communicari nequit.

Definitio-
nem leuius
impugna-
tus Scotus.

Hanc definitionem improbat Scotus in 1. distinct. 23. quæst. 1. §. *Ad quæstionem*, quia ex ea sequeretur, animam rationalem esse personam, (quod nullus hæcenus dixit) est enim indiuiduum, hoc est, singularis substantia rationalis naturæ. Sed obiectio Scoti friuola est, quia nomine indiuiduum, non significatur singularis, sed incommunicabilis, ut iam explicauimus. Sic etiam intellexit Otto Phrisingenis Episcopus lib. 1. de gestis Frederici, cap. 5. cuius mentionem fecimus disputat. 120. cap. 1. ait enim in hæc verba: *Neque enim indiuiduum substantiam dicere solemus eam rem singularem, quæ cum alia identidem re singulari ad aliquid totum constituendum conuenire valens, non est per se vna*, ex quibus ipsa infert animam rationalem non esse personam: falso igitur Canariensis in hunc articulum Scotum impugnat, quasi dixerit animam rationalem esse personam, cum id expressè negauerit, imò tanquam absurdum contra definitionem Boethij deduxerit. Deceptus autem videtur Canariensis his verbis Caietani in Commentario huius articuli circa solutionem 5. *Aduerte, quod hinc habes, quod ex hac definitione anima separata non est persona, ut Scotus voluit in 1. disput. 23. non penetrans, quid importet substantia prima*, quibus sane non reprehendit Scotum, quod asseruerit, animam separatam esse personam, ipse enim Caietanus bene legerat Scotum, sed, quod putauerit, ex definitione Boethij sequi, animam rationalem esse personam, quod nullus hæcenus docuit. Impugnat enim prædictam Boethij definitionem Richardus de sancto Victore, lib. 4. de Trinitate, cap. 21. quia videtur alijs, quam definitio conuenire. Natura enim diuina est indiuidua substantia rationalis naturæ, & tamen non est persona, quare ipse cap. 22. definitionem

Male nota-
tur Scotus
à Cana-
riensi.

Caietan.

19.

Boethius.

personæ diuinæ hoc modo tradit. *Est natura diuina incommunicabilis existentia*, vtiur vero nomine, incommunicabilis, ut ostendat, personam non solum debere esse singularem, nec distribui posse in plures naturas; sed etiam non posse esse communem pluribus personis, quare cap. 23. concludit polle, quodque definitionem Boethij probari, si indiuidua substantia dicatur, quæ nec potest distribui in plures naturas, nec in plures personas, hoc est, quæ nec communis est pluribus naturis, nec pluribus personis, quo sensu accipitur nomen indiuidua, à Boethio, ut supra notauimus. Quid vero intelligat Ricardus nomine illo, *existentia*, explicabitur infra disput. 126. cap. 2.

Est, & alia definitio cuiusvis personæ etiam creatæ, quæ colligitur ex Ricardo eodem lib. 4. cap. 23. in hunc modum. *Rationalis naturæ incommunicabilis existentia*, quæ quidem vltus est Ioannes Theologus Ecclesiæ Latinæ in Concilio Florentino sessione 19. post medium: hanc vero multum commendat Scotus, & præfert definitionem, quam Boethius assignauit, quia per vocem, *incommunicabilis*, excludit animam rationalem, & quælibet pars, quæ cum alia totum componit, excludit enim naturam singularem humanitatis, qualis est Christi, quæ cum caret complemento sui suppositi, nempe modo illo existendi per se, communicatur alteri personæ, scilicet verbo Dei, quod non dicitur assumpsisse personam, sed naturam: tamen etiam in indiuiduum, hoc est, singularem assumpsit.

Est tamen difficultas, vtrum quævis pars alius cuius totius separata, ut manus abscissa, sit persona, an saltem suppositum. Ratio dubitandi est, quia S. Thomas in solutione 5. docet manum aut partem substantiæ non esse primam substantiam, ex quo sequi videtur, non esse suppositum: nam prima substantia, & hypostasis, seu suppositum idem sunt. Respondet Canariensis in Commentario huius articuli, manum, & partes etiam abscissas, non esse supposita, in quam sententiam adductus est verbis solum S. Thomæ in ea solutione. Ego tamen cum intelligerem de partibus integrantes, quæ aut actu sunt in toto supposito, ut de manu coniuncta, aut etiam de separatis, quæ suapte natura communicari possunt, quales sunt elementales, materia nimirum & anima, quia hæc non sunt indiuidua, hoc est, incommunicabiles, ut explicatum est, at de partibus integrantes diuisas, abscissas à toto, ut de manu, aliud existimo dicendum; nempe esse supposita, non personas, supposita quidem, quia ita per se sunt, ut suapte natura sub ea forma, & esse, quod habent, non possint communicari alteri, sed non personas, quia non sunt rationalis naturæ.

Tandem obserua hæc tria nomina, *indiuiduum*, *suppositum*, *persona*, secum comparati, ut inferius & superius, ex quibus indiuiduum commune est; dicitur enim tam de accidentibus, quam de substantijs, nisi nomine indiuidui intelligamus incommunicabile, ut reuera intellexit Boethius. Deinde suppositum latius patet, quam persona, quia de rebus quoque rationis experitis dicitur. Ex quibus etiam colligitur, an possint in Deo concedi tria indiuidua, sicut diximus supra disputat. 127. cap. 3. & vltimo, esse tres res, si enim indiuiduum sumatur, ut sumitur à Boethio pro incommunicabili, sine dubio potest, & debet con-

cedi, esse in Deo tria individua, & similiter si ad-
datur, *Substantia rationalis natura*, cum enim sit defi-
nitio personæ, sicut sunt tres personæ, concedi
debent tres substantiæ individue rationalis natu-
ræ. Verum quia iam communiter nomine indi-
vidui nō significamus incommunicabile, sed sin-
gulare naturæ, sine explicatione absolute non de-
bent dici in Deo tria individua. Et hæc satis circa
hunc articulum, nam quod hic disputari solet, v-
trum persona supra naturam addat negationem,
an positivum, & quid illud sit, disputandum est,
3. p. quæst. 4. artic. 2.

ARTICVLVS II.

*Verum persona sit idem, quod hypostasis substi-
tentia, & essentia.*

AD secundum sic proceditur. Vide-
tur, quod persona sit idem quod
hypostasis, substantia, & essentia. Di-
cit enim Boet. in lib. de duabus naturis,
quod Græci naturæ rationalis indivi-
duam substantiam hypostasos nomine
vocauerunt. Sed hoc etiam apud nos si-
gnificat nomen personæ. Ergo persona
omnino idem est quod hypostasis.

2. Præterea. Sicut in diuinis dicimus
tres personas, ita in diuinis dicimus tres
substantias. Quod non esset, nisi per-
sona, & substantia idem significarent.
Ergo idem significant persona, & sub-
stantia.

3. Præterea, Boeth. dicit in com.
prædicamentorum, quod vñ (quod est
idem, quod essentia) significat compo-
situm ex materia, & forma. Id autem,
quod est compositum ex materia, & for-
ma, est individuum substantia: quod,
& hypostasis, & persona dicitur. Ergo
omnia prædicta nomina idem significare
videntur.

Sed contra est, quod Boet. dicit in lib.
de duabus naturis, quod genera & spe-
cies subsistunt tantum, individua vero
non subsistunt tantum, verum etiam sub-
stant. Sed à subsistendo dicuntur subsi-
stentia, sicut à substantando substantia, vel
hypostasos. Cum igitur esse hypostasos,
vel personas non conueniant generibus,
vel speciebus hypostasos vel personæ non
sunt idem quod substantia.

4. Præterea, Boet. dicit in com. præ-
dicamentorum quod hypostasis dicitur
materia: vñonis autem (id est substantia)
dicitur forma. Sed neque forma, neque
materia potest dici persona. Ergo perso-
na differt à prædictis.

Respondetur dicendum, quod secun-
dum Philosophum in 5. Metaph. substan-
tia dicitur dupliciter. Vno modo dicitur
substantia quidditas rei, quam significat

definitio, secundum quod dicimus quod
definitio significat substantiam rei. Quam
quidem substantiam Græci vñam vocant
quod nos essentiam dicere possumus. Alio
modo dicitur substantia subiectum
vel suppositum, quod subsistit in genere
substantiæ. Et hoc quidem communi-
ter accipiendo nominari potest & nomi-
ne significante intentionem: Et sic di-
citur suppositum. Nominatur etiam tri-
bus nominibus significantibus rem. Quæ
quidem sunt res naturæ substantia &
hypostasis secundum triplicem conside-
rationem substantiæ sic dictæ. Secun-
dum enim quod per se existit & non in alio,
vocatur substantia. Illa enim sub-
sistere dicimus quæ non in alio, sed in se
existunt. Secundum vero quod suppo-
nitur alicui naturæ communi, sic dicitur
res naturæ, sicut hic homo est res natu-
ræ humanæ: secundum vero quod suppo-
nitur accidentibus, dicitur hypostasis vel
substantia. Quod autem hæc tria nomi-
na significant communiter in toto gene-
re substantiarum hoc nomen, persona si-
gnificat in genere rationalium substan-
tiarum.

Ad primum ergo dicendum, quod
hypostasis apud Græcos ex propria signi-
ficatione nominis habet quod significet
quodcunque individuum substantiæ: sed
ex vsu loquendi habet quod sumatur pro
individo rationalis naturæ ratione suæ
excellentiæ.

Ad secundum dicendum, quod sicut
nos dicimus in diuinis pluraliter tres per-
sonas & tres substantias, ita Græci di-
cunt tres hypostasos. Sed quia nomen
substantiæ quod secundum proprieta-
tem significationis responderet hypostasi
æquiuocatur apud nos: cum quandoque
significet essentiam, quandoque hyposta-
sim, ne possit esse erroris occasio, malue-
runt pro hypostasi transferre substantiā
quam substantiam.

Ad tertium dicendum, quod essen-
tia proprie est id quod significatur per
definitionem. Definitio autem comple-
ditur principia speciei: non autem prin-
cipia individualia. Vnde in rebus compo-
sitis ex materia, & forma, essentia signifi-
cat non solum formam, nec solum mate-
riam, sed compositum ex materia, & for-
ma communi, prout sunt principia spe-
ciei. Sed compositum ex hac materia, &
ex hac forma habet rationem hypostasis,
& personæ: Anima enim, & caro, & os
sunt de ratione hominis. Sed hæc ani-
mæ, & hæc caro, & hoc os sunt de ratio-
ne.

